

H. G. Frieger

95-45

C. LUCILI

SATURARUM RELIQUIAE.

EMENDAVIT ET ADNOTAVIT

LUCIANUS MUELLER.

ACCEDUNT

**ACCI (PRAETER SCAENICA) ET SUEI CARMINUM
RELIQUIAE.**



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

A. MDCCCLXXII.

XIX [3]

— — — — — quae horis sublata duabus
omnia sunt sole occaso obductoque — — —

XX

30 — — — — — fandam atque auditam iterabimu' famam.

[XXI]

[— — — — — per inhospita tesqua vagantem
rerum animo sequitur captarum gratia maior].

[XXII] [19]

[ducere has greges]

LIBER III.

I [l. III in.] a

Porph. ad Hor. sat. I, 5, 1. Lucilio hac satira aemulatur Horatius iter suum a Roma Brundisium usque describens, quod et ille in tertio libro fecit; primo a Roma Capuam usque et inde fretum Siciliense.

II om. Neap., l. XI tribuit D). XIX Priscianus 869 occido occasus ὁ δύναις — Lucilius (Lucius Sang., Lugd., Carolir. et ut putat Hertzius Paris 7496 m. pr.) in II (in II om. Sang.). XX schol. Veron. ad aen. II, 81 fando aliquod si forte tuas pervenit ad aures Belidae nomen Palamedis: — et Pacuvius — Lucilius in II — [itaque hic] patiendi vim, non agendi habet. [XXI] Barthius advers. XV, 3 ad Hor. epist. I, 14, 19 deserta et inhospita tesqua. in codice quem hic laudo (eum initio capitis dicit vetustissimum fragmentum) interpretatio vocis tesqua est cum exemplo ex Lucilii libro II, quae ego utraque non contemnenda putavi: tesqua loca inutilia, quae subigi non possunt. loquitur in villicum. Lucilius in II. [XXII] Char. 72 ceterum feminina omnia monosyllaba sunt excepto grege et rege; quorum alterum ex diverso genere constat. nam Lucilius in II ducere has greges feminino genere dixit. legendum esse Lucretius in II buceriasque greges monuit Lchm. c. Lucr. 112. eius recte referunt nomen et verba Non. 80 et 208, Char. 72, Servius ad georg. III, 287.

28 q̄ ab horis Sang., oris Paris 7496. 29 sunt om. Lugd. — occasum Par. 7496 m. 1, occusso Carolir. — obductoque Dp., ductoque libri. — illud tenebris ad expl. metr. in fine probabiliter addit idem. 30 famam Keilius, qui et reliqua supplevit; f. . . . cd. 31 inospita Barthius.

II [13] b

— — — — — et, saepe quod ante
optasti, freta Messanae, Regina videbis
moenia, tum Liparas, Phacelinae templa Dianae.

III [15] c

— — — — — viamque
5 degrumabis uti castris mensor facit olim.

IV [1] d

— — — — — bis quina octogena videbis
conmoda, tunc Capua quinquaginta atque trecenta.

V [21] e

broncu' Bovillanus, dente adverso eminulo hic est,
rhinoceros velut Aethiopus — — — — —

VI [7] f

10 praeterea omne iter est hoc labosum atque lutosum.

II Probus in prooemio comment. in bucol. Vergilii: Phacelitis (Fascelitis *i. m.* Facelitis et post Faceline in antiquo codice fuit Vat.; Facelites *P.*) autem Dianae Lucilius quoque in tertio satirarum meminit. III Non. 63, 4 grumae sunt loca media, in quae directae quatuor congregantur et conveniunt viae. Est autem gruma mensura quaedam, qua fixa viae ad lineam diriguntur, ut est agrimensorum et talium. Ennius — Lucilius lib. III. IV Non 266, 26 commodum (commodum *B, G*) integrum totum. Lucilius (*L. III* tribuit *Dp.*) V Non. 25, 27 bronci (pronti *Bamb.*, prōnti *L 2*) sunt producto ore et dentibus prominentibus. Lucilius satyrarum lib. III broncus — rinoceros. — Priscianus 688 Lucilius (Licilius *Lugd.*) in IIII (*VII Lugd., VIII Carolin.*) Aethiopus dixit pro Aethiops: rhinoceros *e. q. s.* — coniunxit haec fragmenta *Dp.* VI Non. 489, 11 ab eo quod est labos labosum facit, non laboriosum, Lucilius satyrarum lib. III (Lucilius satyrarum lib. III *om. G*).

2 Messanam *i. m.* Messanae *V*, Messana *P.* — Rhegina *P*, reginam *corr.* regina *V*. 3 Facelinae *P*, Fascelinae *V*. 5 degrumabis *Me*, degrumavis *cdd.* — uti *M 398*, ut in *Merula*. 6 uis *m. 1 L 1*, vi is *B*. — quina *Scal.*, quin *G L 1*, qui in *B*. — octogena *L 1 et ita G*, sed a *ex o facto*; octogena *B*. — videb (*i. e.* videbit) *B*. 7 comoda *GB*. — tunc (*t̄c*) *M*, te *cdd.* — *CCC M*, *CC G, L 1*, ducenta *B*. 8 Bovillanus *Turn.*, novitlanus *cdd.* obit lanus *Dp.*, ovat lanus *Iun.* — dende *m. 1 L 1*. — hoc est *D*. 9 rinoceros *G*, ricros *L 1*; rinocerus *cdd. Pr.*, exc. quod in *Carolin.* legitur renocerus. — veluti *Bamb.*, velud *Amienensis*. 10 hunc *v. om. G*. — inter *L 2*. — atque lutosum *om. Iun., Me*,